

&c lika med N:o 275 till uitam eternam. Cum ecclesie lincopensis edificium tam sumptuosum sit quod ad sui perfectionem per redditus sibi attinentes nequaquam sufficere possit. Rogamus & rogando mandamus quatinus presencium latorem editum predicti procuratorem benigne & favorabili-  
ter colligatis & subditos vestros ut eidem edificio manum porrigant adiutricem instanter moneatis. scientes quod dominus gregorius papa bone memorie relaxauit quatraginta dies benefactoribus lincopensis ecclesie de iniuncta eis penitentia. dominus papa jnnocentius etiam quatraginta dies, Willelmus sabinensis episcopus apostolice sedis legatus similiter quatraginta dies. Nos autem de misericordia domini nostri ihesu christi confisi. auctoritate apostolorum petri et pauli. de iniuncta penitentia quadraginta dies relaxamus, abbas autem & conventus s:ti metoris parisensis concessit iisdem benefactoribus plenam participacionem omnium bonorum que fiunt in predicto monasterio. tam in capite quam in membris. vt annuatim celebrantur X. milia missarum. elemosynarum que ibi fiunt non est numerus. Datum anno incarnationis domini M.CC.XL.VIII.

Sigillet bortfallet. Brefvet skadadt.

367.

1249.

Amnehärad.

Konung Eric ERICSSONS Dombref till Invånarne i Amne härad och Wisnum angående Mumkarnes i Warnheims kloster rätt till ett hemman i Amn samt fisket i ån, ävensom förbörde hemmans råmärken.

B. 6: 49.

ERICUS dei gracia omnibus et singulis ampnaherad atque Wisnhem inhabitantibus in domino salutem et regie dignitatis presidum, Seruorum dei Nobis dilectorum Monachorum de warnhem querelam super possessionibus siluis et piscariis quas pacifica possessione tempore patris nostri et antea sicut eciam quibusdam litteris et testibus fidedignis audiuimus possederant in prouinciis vestris proposita coram nobis adiudicamus eisdem monachis. coloniam in ampn cum siluis agris pratis piscacionibus et omnibus suis pertinenciis quibuscumque prope uel remote iacentibus. et specialiter piscacionem in ampn. Distinctam limitibus uel terminis infrascriptis incipiendo a silua ipsorum monachorum scilicet venised jn Byornswnd inde in Toffuasund. deinde in Luwsten Exinde in lakasten inde jn clemetzördet jn kerlingaholmum ad perpetuam possessionem pacificam et quietam et hoc appensione sigilli nostri confirmamus jgitur quibuscumque ipsos jn aliquo premissorum presumpsert impedire uel aliqualiter molestare nostram procul dubio incurrat vpcionem. Datum Ampnherad Anno domini MCCXLIX.